Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



205

INCPT DE PSALMO LXXV ANTEQUAM INLUMINA
RET CRUX MUNDUM ANTEQUAM UIDERETUR DS IN TERRA.

Notus est in iudea ds: magnum nomen eius. Quando autem uenit saluator. In omnem terram exiuit sonus eorum. & in fines orbis terrae uerba eius. & pace factus est locus eius. quando dicit ebraice in salem. Uid & ego secundum litteram dicere hierusalem quae ante uocabatur salem. & postea geb: & deinde dicta est hierusalem in qua fuit rex melchisedech. Legimus tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem melchisedech. Non dix secundum ordinem aaron. Sed melchisedech qui uoluit dicere. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem melchisedech. Manifestum est quod in illo loco de xpo dicit. sed quid ait. secundum ordinem melchisedech. Aaron uictimas obtulit aaron hostias cum sanguine fudit. Melchisedech panis hilhorum fecit. Sed tantum modo panem & uinum obtulit. hoc fecit ergo melchisedech. & ipse dicit secundum ordinem melchisedech. In ebraico habet. & factum est in salem umbraculum eius. Uid & equid dicat secundum tropologiam non est umbraculum dni. nisi ubi pax est. Ubi zelus atq: discordia. ubi non est pax testor ds. Dicamus & secundum Lxx. locus dei non est. nisi in anima quae pacem habet. Quae ergo anima non habet pacem. scit se non esse locum dei. Pacem meam do uobis pacem meam relinquo uobis. Haec est saluatoris hereditas & habitacio eius in sion. Secundum litteram possimus dicere hierusalem & sion qm ibi fuit templum. secundum topologiam uero & anagogen dicimus quia in sion habitacio dei sit. sion interpretatur speculum. In qua ergo anima notam scripturarum est. atq: doctrina. ibi habitat ds. ibi confregit fortitudines arcum ibi. Ubi in hierusalem & sion. hierusalem interpretat pax. Sion speculum. uideamus ergo quae sit pax. & quod speculum sit. dupliciter interpretemur. Aut humana anima in qua sit pax dei aeternam contemplacio. Aut ceste ecclesia. aut ceste scriptura sca. Ibi enim pax est. & ibi habitacio & speculum dei. Ibi confregit fortitudines arcuum. Illas sagittas ardentes quas mittebat diabulus. scutum gladium & bellum. Bellum illud de quo dicitur in alio loco. Dissipa gentes quae bella uolunt. & qd sequit. Sed aqd interpretat. Lxx. diapsalma. & ebraice dicit semp. Uid & ergo quia semp confringit dns scutum & gladium & bellum. Inluminans tu mirabiliter a montib; aeternis. Duplicit interpretamur montes in uetere testamento. pph & as. In nouo testamento. apostolos. de istis montib; dicit. Leuaui oculos meos ad montes. Unde uenit auxilium mihi. In istis montib; ciuitas dei posita est. Nm potest ciuitas abscondi sup montem posita. Nos omnes sedebamus in tenebris & in umbra mortis. & inluxit nobis dns de montib; & ernus. hoc est de pph & ris & apostolis. Conturbati sunt omnes insipientes corde. hunc uersum de insi deb; possumus dicere. Dormierunt somnum suum. & nihil inuenerunt. uere haec uita somnus est.